cedentes: cherubin ⁊ seraphin pparat ad sedē vniꝰ/⁊ rōnabi/
lis thronus: nec eīn pōt esse res mortua q̄ baiulat vitā. Ante
ipsū ꝓ candelabris fulgura viua ꝓcedūt: ⁊ ꝓ tuba horrenda
tonitrua. Qualis rex/talis ⁊ pparatio eius. e Cū tuba.
j.Cor.xv.g. Canet eīn tuba ⁊c. j.Thessal.iiij.d. Dñs i ius/
su ⁊ i voce archangeli ⁊ i tuba dei descendet de celo. Hieroꝰ.
Siue mãducē/siue bibā ⁊c. f Et voce magna. Chrys.
Vere magna vox tube terribilis/cui oīa obediūt elemēta: q̄ pe
tras scindit: inferos aperit: portas ereas cōterit: vincula mor
tis dirūpit: ⁊ de ꝓfundo abyssi aīas liberatas corporibꝰ suis
assignat. Hec oīa citiꝰ cōsūmat i ope/ q̄ sagitta trāsit in aere:
dicēte aplo.j.Cor.xv.g. In momēto/i ictu oculi. In illa vo
ce mare discutit/ vt si q̄d apud se retinet de hūanis ossibꝰ si/
ne cōtradictiōe restituat. Joh.v.d. Mortui audiēt vocē filij
dei: ⁊ q̄ audierint viuēt. g Et cōgregabūt electos eiꝰ.
Chrys. Congregabūt angeli: ⁊ cōgregatos rapient nubes.
h A q̄ttuor vētis/celi. Ergo i figura crucis.q.d.q̄ in fi/
gura crucis fuerint cōgregabunt. Ezech.xxxvij.c. A q̄ttuor
ventis veni spūs. i A sūmis celoꝝ.i.ab extremis terre
finibꝰ p directū. k Vsq; ad termios eoꝝ/vltimos: vbi
circulꝰ videt terre adherere.q.d.ab oībꝰ finibꝰ terre cōgrega
bunt. l Ab arbore aūt fici discite parabolā. Inuitat
eos pabolice: vt signis his apparētibꝰ sciāt aduentū dñi imi/
nere: q̄ sicut arboris floritio ⁊ folioꝝ ꝓductio est signū ꝓxi/
me estatis: ita pdictoꝝ signoꝝ exhibitio erit indiciū iudicij i/
Mystice minētis. Mystice: Per ficū hanc intelligit puersa iudeoꝝ
ariditas/q̄ fuit tpe christi. Hec eīn est sterilis illa ficulnea cui
maledixit dñs/ ⁊ statim exaruit: ⁊ adhuc i eadē ariditate ma/
net. De h.s.xxj.b. Chrys. Quare plus de ficu q̄ de alia ar/
bore ponit silitudinē? Q: pene pꝰ oēs arbores frōdet: ⁊ diffi/
cile frigus post ficū vernantē venit. Itē Chrys. Eccl'ia p fi/
cū significat: q: sub vno cortice multa grana int viscera dul/
cedinis hz inclusa. m Cū iā ramꝰ eiꝰ tener fuerit. Rami
ꝓximo adherētes stipiti/sūt plati. Isti mō teneri sunt: ⁊ ideo
nihil possunt pati: q: delicati vt pueri ⁊ femie. Esa.iij.a. Da
bo pueros pncipes eoꝝ ⁊ effemiati dñabunt eis. n Et fo/
lia nata. Folia sūt doctores ⁊ pdicatores. Nō sūt mlta fo
lia: q: multa vba. Sz nota q̄ quāto plura sūt folia i arbore:
tanto minꝰ fructificat. Osee.x.a. Vitis frōdosa isrl/fructꝰ ad/
equatꝰ ē ei. o Scitis q: ꝓpe est estas.i. feruēs psecu/
tio. Jone.iiij.c. Percussit sol sup caput ione ⁊ estuabat. Vel
in bono. m Cū iā ramꝰ eius tener fuerit/p cōpassionē.
n Et folia nata: in oratione/pdicatione ⁊ exhortatione.
o Scitis q: ꝓpe ē estas/feruor deuotiōis. Ps. Estatē ⁊ Ps.73.
ver tu plasmasti ea. Vl'/estas/eternitatis: De q̄ Prouer.xx.
a. Propt frigꝰ piger arare noluit: mēdicabit q̄ estate ⁊ nō da/
bit ei. p Ita ⁊ vos
cum videritis hec
oīa/ scitote q: ꝓ/ 35.q.10.c.i.
pe est/ christꝰ/ in ia/
nuis. Jaco.v.b. Ec/
ce iudex ante ianuā as/
sistit. q Amē dico
vobis. Hoc sbdit ad
verboꝝ suoꝝ ↄfirma/ B
tionē/ vt eis fides ad/ Luc.17.f.
hibeat. Et nota q̄ alio Gen.7.c.
verbo ad h vtit dñs i
veteri testamēto.s.vi/
uit dñs: ⁊ h ad suggil/
lationē gentium idola
colentiū. Hiere.iiij.a.
Jurabis/viuit dñs.
r Quia nō pteri/
bit generatio hec Luc.17.g.
donec omnia fiāt.
Chrys. Nō illos ho/
mines dicit/q̄ i illo tpe fuerāt nati: s familiā gentis illiꝰ. Hec
est generatio/aut facientiū tēptationē/aut patientiū: q̄ vtraq; j.25.d.
nō desistet donec dicet: Ite maledicti. Vl' generationē chri/
stianoꝝ dicit: q̄ nō trāsibit ad imortalitatē donec fuerit cōsū/
mata. s.v.b. Iota vnū aut vnꝰ apex nō pteribit a lege donec
oīa fiāt. s Celū ⁊ terra trāsibūt: verba aūt mea nō
pteribūt. Rab. Transibūt p cōmutationē innouatiōis: sed
verba dñi sine effectu cōpletiōis nullo mō trāsibūt. t De
die aūt illa/tā noiabili.ij. Timoth.iiij.b. Bonū certamen
certaui/ cursū cōsūmaui/fidē seruaui: de reliq̄ reposita ē mihi
corona iusticie: quam reddet mihi dñs i die illa iustus iudex.
Soph.j.d. Dies illa dies ire/dies tribulatiōis ⁊ angustie ⁊c.
v Et hora nemo scit.i.nihil aliud: vt sit essentialis nō p'so
nalis. Scit/scientia acq̄sita: q̄ ꝓprie dr scia: s forte reuelatio/
ne.i.scie dono. Scit. Chrys. q.d. inopinate veniet. Idē dic
apsus.j. Thessal.v.a. Repētinꝰ supueniet interitꝰ q̄si dolor
parturiētis. x Neq; angeli celoꝝ/nisi reuelatiōe forte:
non scientia acq̄sita: y Nisi solus pater in quo filius: et
spūssanctus intelligitur. Act.j.a. Non est vestrum nosse
tpa vel momēta ⁊c. j.Thessal.v.a. De tpibꝰ aūt ⁊ momētis
fratres nō indigetis vt scribamꝰ vobis: Ipsi eīn diligēter sci/
tis: q: dies dñi sic fur in nocte ita veniet. z Sicut aūt in
diebꝰ noe: ita erit ⁊ aduentꝰ filij hoīs.i.ita repētine
veniet. Vn̄.j.Thessal.v.a. Cū dixerint pax ⁊ securitas: tunc
repētinus eis supueniet interitꝰ: sicut dolor i vtero habentis.
Chrys. Nō dixit/cū pax erit ⁊ securitas: s cū dixerit: q: lasci
uia erit ⁊ nō pax his q̄ sensibilit sūt dispositi. Nota aūt q̄ sup
aduentꝰ dñi fulguri cōpat/q: ad iudiciū manifeste veniet: hic
vo ōndit q̄ repente. Cōpletis eīn q̄dragītaq; diebꝰ electis
ad penitētiā ↄcessis: reprobis/iuxta aplm/sibi pacē ⁊ securi/
tatē pollicētibꝰ/repēte supueniet iudicij tpus: sic i diebꝰ noe
cū fabricaret arcā/malis eū deridētibꝰ subito diluuij aq̄ sup/
uenerūt. a Sicut eīn erāt i diebꝰ añ diluuiū come/
dētes ⁊ bibētes.i. gule ⁊ ebrietati dediti. b Nubētes
⁊ nuptui tradētes: ⁊ in his toti dediti: ⁊ iudicia dei ↄtem/
nētes/ gstitert i h: c Vsq; ad eū diē q̄ itrauit i arcā noe
et non cognouerūt.i.cognoscere noluerunt/tanq̄ arridē
te mūdi felicitate: dicētibꝰ impijs: pax ⁊ securitas. d Do/
nec venit diluuiū ⁊ tulit oms: ita erit ⁊ aduētꝰ filij
hoīs.i.tam subito. e Tūc.i.in aduētu dñi: f Duo erūt
in agro. Premisso de signis antecedētibꝰ ad iudiciū: adiū/
git hic de sequētibus: et hoc vt pmuniat degentes in psenti.
Vnus assumet
Mystice f Duo erunt in agro ⁊c. Mystice/ per laborantes
in agro intelliguntur ecclesiastici et actiui agentes eandem
spēm negociationis

¶ a Unus assumet̄ ⁊ alter relinquet̄. Due/erūt/molētes in mola: vna assumet̄ ⁊ altera relinquet̄. Duo in lecto: vn⁹ assumet̄ ⁊ alter relinquet̄.q.d. de omni genere/aliqui saluabunt̄/⁊ aliqui dānabunt̄. Osee.xiij.d. Cōsolatio abscōdita est ab oculis meis: qꝛ ipse inter fratres diuidet. Chrys. Et serui ⁊ dñi assument̄/ ⁊ qui in Al.†vnus ocio ⁊ qui i laboꝛe: qꝛ dixerat ꝙ diuites dif/ Al.†vna ficile saluarent̄/ monstrat qꝛ nō oīno ꝑeūt: Al.†vnus neqꝫ paupes vniuersi saluāt̄. Exo.xij.d. Factum est aūt in noctis Marci.13.d. medio: ꝑcussit dñs om Luc.12.c. ne ꝓmogenitū in terra egypti: a pꝛimogenito pharaonis q̄ sedebat i solio eius vsqꝫ ad ꝓmogenitū captiue q̄ erat in carcere. [...]ffice v* spēm negociatiōis. Per molētes actiui seculares in rota foꝛtune ⁊ sup volubilitate cōuersantes. Per iacentes in lecto/in ocio ꝯtēplatiōis manētes. b Uigilate ergo. Hoꝛtat̄ dñs oēs ad vigilandū: ⁊ maxime p̄latos ad vigilantiā ⁊ diligētiā: quos nō tm̄ vult esse vigilātes/sed etiā vigiles: quasi sup se et sup gregē suū curā habentes. Et causa subdit̄ quare vigilare teneant̄: c Quia nescitis q̄ hoꝛa dñs vester venturus sit/ad iudiciū ꝑticulare vel generale. Eccs.ix.c. Nescit homo finē suū: sed sicut pisces capiunt̄ hamo/⁊ sicut aues cōp̄hendunt̄ laqueo: sic capiunt̄ homīes tꝑe malo. Chrys. Si noscerēt hoīes qn̄ moꝛerent̄/oīno circa illam hoꝛā studerēt: vt igit̄ non solū circa illā studeāt/non dicit/nec eā q̄ cōmunis est/nec eā que singuloꝝ. Nota autē ꝙ ea que dicunt̄ vsqꝫ ad finē capituli/debēt nobis incutere memoꝛiā moꝛtis q̄ multū valet ad fugandū exercitū vitioꝝ / vel saltem terrendū. Sicē eñ timēt latrones iudicis aduentū: sic vitia moꝛtē. Terribilis est ei locus iste quasi poꝛta inferni. Thren.j.c. Soꝛdes ei⁹ in pedib⁹ eius: ⁊ nō est recoꝛdata finis sui. Ecci.vij.d. Memoꝛare nouissima tua ⁊ in eternū non peccabis. Itē valet ad regendū se i ista vita p̄senti. Sicut aues cauda regūt se ꝑ aera ⁊ pisces natādo ꝑ aquā: sic gubernatoꝛ nauē. Stult⁹ esset gu/ [...]uoꝛ faci/ bernatoꝛ si esset in ꝓncipio nauis/ qn̄ debet eā regere. b Ui/ minē vi/ gilate. Quattuoꝛ sūt q̄ faciūt hominē vigilare. Gallicant⁹ id est p̄dicatio diuini verbi: Solis oꝛtus.i. chꝛisti gratia: Timoꝛ furis.i. cōsideratio moꝛtis: Sollicitudo rei familiaris.i. desideriū regni celestis. d Illud aūt scitote. Pꝛobat ꝙ debent vigilare: e Qm̄ si sciret. Chrys. Hic confundit desides: qui nō tātū studiū faciūt ꝓ anima/quātū illi ꝓ pecunia qui fures expectāt. Illi eñ vigilant: vos aūt nō vigilatis vt pati hinc auferamini. f Paterfamilias: quicūqꝫ tenet̄ sollicit⁹ eē i custodia dom⁹ sue: sic hō domiciliū mētis sue debet cauti⁹ custodire. g Qua hoꝛa fur vētur⁹ eēt/heretic⁹ vł diabol⁹. Joh.x.b. Fur ñ venit nisi vt furet̄ ⁊ mactet ⁊ [...]ēs trib⁹ pōt exci/ ꝑdat. h Uigilaret vtiqꝫ. Nota aūt ꝙ si hō doꝛmiat trib⁹ modis pōt excitari. Uirga.s. diuine iusticie: De q̄ Hiere.j.c. Uirgā vigilantē ego video. Hec virga ē pena p̄sens inflicta ꝓ peccato ꝓmi parētis: vel pena purgatoꝛij/vel etiā inferni. Secūdo excitari pōt clamoꝛe p̄dicatiōis. Esa.lviij.a. Clama ne cesses. Tertio excitari pōt ꝙs ꝯsideratiōe ꝑiculoꝝ. Un̄.j. xxvj.d. Uigilate ⁊ oꝛate vt nō intretis in tēptationē. Tria genera ꝑiculoꝝ solēt hoīem excitare a somno.s. latrones/ignis ⁊ aq̄. Aque male cogitatiōes: q̄ multotiēs opiūt caput rōnis: ignis cōcupiscētiarū: latrones sensus nr̄i q̄ deberent nos custodire. Thren.iij.f. Ocul⁹ me⁹ dep̄dat⁹ ē aīaꝫ meā. Itē nota ꝙ h̄ exponit Chrys. d Illud aūt scitote qm̄ si sciret paterfamilias: dicens. Paterfamilias aīa: dom⁹ coꝛpus: ianua os ⁊ aures: fenestre oculi: fur diabol⁹. Per fenestras et ianuas aptas cito fur ingredit̄ ⁊ spoliat. Un̄ Hiere.ix.f. Ascēdet moꝛs ꝑ fenestras vr̄as. Si vis ḡ secur⁹ esse/ pone serā oꝛi Ps.38. tuo.i. legē diuini timoꝛis: vt dicas cū Ps. Posui oꝛi meo custodiā. Ecci.xxviij.d. Sepi aures tuas spinis: et noli audire

a vnus assumet̄ ⁊ alter relin/
quet̄. Due molētes in mola:
vna assumet̄ ⁊ altera relinq̄/
tur. Duo in lecto: vnus assu/
b met̄ ⁊ alter relinquet̄. Uigilā/
c te ergo: qꝛ nēscitis qua hoꝛa
d dñs vester ventur⁹ sit. Illud
e f aūt scitote/qm̄ si sciret paterfa
g milias q̄ hoꝛa fur ventur⁹ eēt
h i vigilaret vtiqꝫ/⁊ nōn sineret
k ꝑfodi domū suā. Ideo ⁊ vos
l estote pati: qꝛ nēscitis q̄ hoꝛa
m n fili⁹ hoīs ventur⁹ ē. Quis pu
o p tas ē fidelis seru⁹ ⁊ prudens

linguā nequā: ⁊ oꝛi tuo facito ostia. Et qꝛ fragiles sūt sere nr̄e sine dño: oꝛemus cū Ps. Pone dñe custodiā oꝛi meo. Job. xxxj.a. Pepigi fed⁹ cū oculis meis ⁊c. Ps.140. i Et nō sineret ꝑfodi domū suā. Chrys. Nō repelleret hō †finē suū/si nō ꝑfoderet̄ sentētia: sed vocaret̄ q̄si parat⁹ ad exitus. Al.†furē Qn̄ aīe peccatrices delectant̄ in coꝛpe/veniēs cum sententia dei angel⁹ moꝛtis ꝑfodit coꝛp⁹: ⁊ animā violent̄ diuellit ab eo. Aīe aūt iuste q̄ nō delectant̄ in coꝛpe: sed q̄si in exilio sunt: veniente sentētia nō ꝑfodiunt̄ nolētes: sed vocāt̄ gaudētes. Luce.12. De pe.dis.1.§. si sacerdos k Ideo ⁊ vos estote pati: sic spōsus circa spōsam. Itē nota ꝙ hō debet eē ꝑatus ad pugnandū ꝯ diabolū. Homo debet eē parat⁹ ad mlta Prouer.xxj.d. Equ⁹ parat̄ ad diē belli: dñs aūt salutē tribuit. Itē debet esse par⁹ ad reddēdū rōnes de fide ꝯ hereticos.j. Pet.iij.c. Parati sꝑ ad satisfactionem omni poscēti vos rationē de ea q̄ in vobis ē fide ⁊ spe. Itē ad bñ opandū ꝯ detractoꝛes. Titū.iij.a. Admone illos ꝓncipibus ⁊ potestatib⁹ subditos esse/dicto obedire: ad omne op⁹ bonū ꝑatos esse. Itē pati ad p̄dicandū ꝯ mūdum. Hiere.l.c. Pꝛeparamini ꝯ babylonē ꝑ circuitū: oēs q̄ intenditis arcū debellate eā: nō parcatis iaculis: qꝛ dño peccauit: clamate aduersus eā: vbiqꝫ dedit manū. Itē ꝑatus debet esse ad recipiendū chꝛistū in coꝛde suo: sicut Ps. Paratū coꝛ meū de⁹. Ps.107. j. Regl.vij.a. Pꝛeparate coꝛda vr̄a dño. Itē in flagella. Ps. Ps.37. Qm̄ ego in flagella ꝑatus sū. l Quia nescitis q̄ hoꝛa fili⁹ homis ventur⁹ est/ad iudiciū generale vel ꝑticulare. m Quis putas. Chrys. Quis raritatē notat. Quāto aūt rarioꝛ inuenit̄: tanto beatioꝛ ē qui inuenit̄. n Est fidelis. Prouer.xx.d. Multi homies misericoꝛdes vocant̄: virū aūt fidelē qs inueniet? o Seruus. j. Corī.iiij.a. Sic nos existimet hō vt mīstros chꝛisti. Ibidē. Hic iā q̄rit̄ int̄ dispensatoꝛes: vt fidelis qs inueniat̄. p Et prudēs. Prouer.xiiij. d. Acceptus ē regi mīster intelligēs. Chrys. Fidelis ē q̄ nihil domini suū facit: nec inaniter cōsumit: Prudēs/q̄ venit ad id qd̄ opoꝛtet dispensare. Si alterū abfuerit/alterum claudicat. Phil.ij.c. Oēs q̄rūt q̄ sua sunt. j. Corī.xiij.b. Charitas nō q̄rit que sua sunt. Bern. Fidelis est seruus qui diligit: prudens qui intelligit. Seru⁹ dñi est q̄ desiderat eius volūtatem habere/audire/⁊ satagit facere. Ista fidelitas pꝛimo attēdit̄ Fidelitas serui in pluribus attenditur. in h̄ ꝙ sibi iura nō vendicet q̄ dñs retinuit in t̄ra sua.s. gloꝛiā ⁊ vindictā. Secūdo attēdit̄ in h̄ ꝙ tradita sibi ad dispēsandū nō faciat sua ꝓditoꝛie: q̄ facit ille cui sola admīstratio tradita est/cū transit ab admīstratiōe ad dominiū. ij. Corī.vj.a. In oīb⁹ exhibeam⁹ nosmetipsos sic dei mīstros. Tertio cōsistit i h̄ vt i dep̄datiōib⁹ aut tēptatiōib⁹/castꝛ dñi nr̄i ñ reddam⁹ diabolo: Cū dicat aplus. j. Corī.x.c. Fidelis de⁹ q̄ nō ꝑmittit vos tēptari vltra id qd̄ potestis. Quarto cōsistit i h̄ ꝙ seruus strenue operet̄: ⁊ opus suū nō destruat postea. Prouer. xviij.b. Qui mollis ⁊ dissolut⁹ est in oꝑe suo/ frater ē sua oꝑa dissipātis. Mollis ē q̄ duris cedit: qui cū occurrit aliq̄d difficultatis/ opus inchoatū imꝑfectū relinquit. Dissolut⁹ ē q̄ nō est ligat⁹ ad opus amoꝛe. Itē destruit opus/male viuēs ⁊ bñ docens. Ecci.xxxiiij.d. Unus edificās ⁊ alter destruēs: quid ꝓdest eis nisi laboꝛ? Nota aūt ꝙ seru⁹ infidelis multū displicet dño. Un̄ Prouer.xxv.c. De⁹ putridus ⁊ pes lassus/qui sperat sup infideli in die angustie. Dies angustie p̄sēs tꝑus: in q̄ sancti p̄ssuras patiunt̄. Seru⁹ in q̄ sperare pōt ē clerus: qui cū infidelis inuenit̄ est dens putrid⁹ qui doloꝛē infert et fetoꝛem: et sicut dicit̄: Nō est doloꝛ sicut doloꝛ dentiū. Os etiā ecclesie reddit fetidū: qd̄ multū displicet in oꝛe spōse. Est etiā pes lassus. Multū affligit̄ aliquis cū vult ꝑuenire ad aliquē locum et pꝛe lassitudine pedis non potest: sic clericoꝛum lassitudo impedit ne chꝛisti nomē deferat̄ per mundū. Unde ipse dicit in Ps. Quis deducet me in ciuitatem munitam? Ps.59.

a quē cōstituit dn̄s sŭper fami
b liā suam: vt dĕt illis cibŭm
c in tēpŏre. Beătus ille seruꝰ
d quē cum venerit dn̄s eius in
e uĕnerit sic faciētē. Amēn di-
f co vobis: qm̄ sup oīa bona
g sua cōstituet eum. Si ăutem
h dixerit malus seruꝰ ille ī cor-
i de suo: mŏrā facit dominus
k meus venire: et cępērit pcu-
l tere cōseruos suos: mādŭcet
m autem ⁊ bibat cum ebriosis:
n vĕniet dn̄s serui illius in die
o qua nō sperat/ ⁊ hora q̄ igno
p rat: ⁊ diuidet eum pārtēq̧ eiꝰ
q pŏnet cum hypocritis. Illic
r erit flĕtus ĕt stridor dentiū.
s Tunc siẽ Ca.XXV.
t erit regnum cęloꝝ dĕ-
cem virginibꝰ: quę ac-
y cipiētes lampades suas ĕxi-
z erunt obuiā sponso ĕt spon-
a sę. Quiq̧ ăutē ex eis erāt fa-
b tuę: ⁊ qŭinq̧ prudētes. Sĕd
c quiq̧ fatuę acceptis lāpadi-
d bus nŏn sŭpserūt oleū secū.
e Prŭdētes vŏ accepūt oleū
f in văsis suis cŭm lāpadibꝰ.

a Quē cōstituit dn̄s: nō ipse se. Ps. Ego autē cōstitutꝰ
Ps.2. sum rex ab eo sup sion montē sanctū eius. Hiere. j. b. Ecce cō
stitui te sup gentes ⁊ regna ⁊c̃. Christꝰ autē dicit antonoma-
sice dn̄s: q̄ nos redemit sanguine suo. Esa. xlij. b. Ego dn̄s:
hoc est nomē meū. b Sup familiā suā. i. ecclesiā. c Ut
det illis/ nō vendat.
Threñ. v. a. Aquā no
strā pecunia bibimꝰ: li
gna nostra precio cō-
Luc.12.c. parauimus. d Ci-
bum. Chrys. Cibos
spūales ⁊ corporales.
Itē Chrys. In psecu
tionibus qn̄ naturalis
intellectꝰ timore defi-
cit/ necessariꝰ est sermo
doctoris: sicut naui gu-
bernator in tēpestate
maxima. e In tem
pore. i. habita tēpo-
ris oportunitate. Hęc
enim est prudētia vt i tē
pore suo q̄libet loqua-
tur. Eccl. xx. c. Ex ore
fatui reprobabit para
Ps.1. bola: nō enim dicit illā in tpe suo. Ps. Et erit tanq̄ lignum qđ
plantatū ē secꝰ decursus aquaꝝ qđ fructū suū dabit ī tpe suo.
Esca aūt extra tp̄us oblata nocet. f Beatꝰ ille seruꝰ. Be
niuolū reddit ⁊ attentū/ assignādo vtilitatem. Nihil enim est q
adeo moueat filios adę/ vt ppria vtilitas. g Quē cū ve-
nerit dn̄s eiꝰ. i. christus: h Inuenerit sic facientē. i.
prudēter ⁊ fideliter. Chrys. Hęc dicta sūt de sermone/ de vir-
tute/ de pecunijs: ⁊ de omni dispēsatiōe quę vnicuiq̧ cōmissa
est. Unūquēq̧ enim ad cōmunē vtilitatē vti oportet his q̄ ha-
bet/ siue sapiētia/ siue pncipatu/ siue diuitijs: nō ad nocumen
tū cōseruoꝝ. i Amē dico vobis: qm̄ sup oīa bona
sua cōstituet eū. Chrys. Quid huic honori ęquale: Cęlo-
rū rex oīa habens/ hominē constituit sup oīa. Sup oīa bo-
na: q̄ habebūt ex pprijs meritis aureā: ⁊ ex acq̄sitiōe aureo-
lā subditoꝝ. Primū/ q̄ bn̄ vixerūt: secūdum/ q̄ alios bn̄ vi-
uere fecerūt. Chrys. Omniū bonoꝝ magna est: sup om̄s aūt
maxima est sacerdotalis dignitas: si q̄s eam īmaculate custo-
diat. Nā si sup oīa opera sua p̄ciosiores ęstimat deꝰ animas:
credibile est vt sup oīa bona sit/ qui offert deo lucrū animaꝝ.
Dn̄s autē non solū bonis suis sed etiam suę impassibilitati p̄-
posuit salutē animaꝝ. k Si aūt dixerit malus seruus
ille in corde suo. Explanat p̄cedēs p antithesim mali ser-
ui. l Morā facit dn̄s meꝰ venire/ ad iudiciū. m Et
cęperit pcutere cōseruos suos. i. affligere minores. Ul
pcutere verbis falsorum p̄ceptorū: vel exemplo prauę vitę.
n Manducet aūt ⁊ bibat cū ebriosis. i. sicut ebriosi.
Nō enim iubet nos scriptura psonas maloꝝ abomiari: sed vo-
lūtates. Nā ⁊ christꝰ cū publicanis comedit. s. ix. b. sed non
quō publicani. Deut. xxiij. b. Non abomiaberis idumęū/ q̄
frater tuus est: nec ęgyptū/ q̄ aduena fuisti in terra eius. Hęc
sunt duo propria talium. s. oppressio minorū ⁊ castrimagia.
o Ueniet dn̄s serui illiꝰ in die/ illa/ qua nō sperat: et
hora qua ignorat: ⁊ diuidet eū/ a cōsortio fideliū. Job
xxviij. a. Lapidē caliginis et vmbrā mortis diuidit torrens a
populo pegrināte. p Parteq̧ eiꝰ. Rab. Partē suā dupli-
cē: q Ponet cū hypocritis. Rab. Quia aduentū de-
sperauit: q̄ p̄sentibꝰ studuit: q̄ desperatiōe iudicij cōmissam
sibi familiā fame/ siti/ cęde vexauit. Et si incipiēs ponet cum
hypocritis: vbi ponet qui nunq̄ cessauit: r Illic erit fle
tus/ prę calore: s Et stridor dentiū/ prę frigore. Job
xxiiij. c. Transibūt ab aquis niuium ad calorem nimiū. Idē
s. xiij. g. et. xxij. b. ⁊c̃. Expo. Ca.XXV.
t Tunc simile erit regnum cęlorum ⁊c̃. In fine
p̄cedentis capituli exhortatus est dn̄s p̄latos ⁊ pasto
res ad vigilias super greges suos: ⁊ quēlibet super se-
ipsum: tria distinguēs hominū genera: rectores: cōtinentes:
cōiugatos: quoꝝ omniū aliquos dixit saluādos/ aliq̄s dam-
nādos: Nūc idē ostendit parabola decē virginū: quaꝝ quiq̧
intrauerūt cū sponso ad nuptias: quę significāt om̄s bonos:
alię quiq̧ exclusę remāserūt: quę significāt om̄s malos. Se-
cūdo ostēdit idē p pa-
rabolā seruoꝝ. Tertio
ponit disceptatio dn̄i
cū vtrisq̧. Et ita hoc
capitulū diuidit ī tres
partes. In pma ostē- A
dit quosdā hoim sal-
uādos ⁊ q̄sdam dam-
nādos p parabolā de-
cem virginū. In secū
da ostēdit hoc idē per
parabolā de seruis q̄ 1.q.1.c.q̄ ꝗ
accepert pecuniā dn̄i 32.q.5.c.
sui: vt in ea vigilarēt: si paulus
ibi: Sicut enim ho- De sacra m.
mo pegre pficis- vnico
cens. In tertia po-
nit disceptatio dn̄i cū
vtrisq̧: ⁊ maloꝝ cōdē
natio ⁊ bonoꝝ electio:
ibi: Cū aūt venerit filiꝰ ⁊c̃. Dic ego: t Tūc. i. in die iu-
dicij. v Silē erit regnū cęloꝝ. i. ecclia: x Decē vir-
ginibꝰ: q̄ accipiētes lāpades suas. i. opa q̄ sm̄ ɔtinē-
tiā vl̄ ɔsciētiā fiūt. Luc. xij. e. Sint lūbi vr̄i p̄cincti/ ecce v̄gi-
nes: ⁊ lucernę ardētes/ ecce lāpades. Chrys. Decē v̄gines sūt
oēs hoies quoꝝ vita decē sēsibꝰ sustētat: quiq̧ carnalibꝰ/ et
quiq̧ spūalibꝰ: Nā oēs hoies aut sūt pctōres aut iusti: pctōres
sm̄ carnales sēsus: iusti sm̄ spūales ambulāt. Et ita nō pn̄t iu
dęi vl̄ heretici v̄gines appellari: s̄ soli christiani. Illi etsi oleū
opeꝝ habebāt: lāpadē tn̄ fidei nō habēt. Itē Chrys. Lāpas
ē fides: q̄ sicut lāpas illumiat domū: ita fides aīam. Accendit
aūt hęc lāpas igne verbi dei: De quo Luc. xij. f. Ignē veni
mittere in terrā. Hanc lampadē veniētes ad christū ī baptis-
mo p sacerdotes accipiūt. y Exierūt obuiā sponso. i.
christo: z Et sponsę. i. ecclesię: quę modo desponsata est
christo ⁊ nupta: sed nōdum ad amplexum sponsi traducta.
a Quiq̧ autē ex eis erāt fatuę. In tribꝰ fatue: quia in
p̄senti operant ad laudem: in aduentu sponsi quęrūt testimo-
niū laudis a prudentibus/ sic putantes intrare ad nuptias: et
post clausam ianuam quęrūt intrare/ dicētes: Dn̄e dn̄e aperi
nobis. Dicunt autē quiq̧: q̄ vanitati quiq̧ sensuū seruie-
runt. b Et quinq̧ prudētes/ quia seruiētes deo mēte
⁊ corpore. Et dicunt quiq̧: q̄ abstinēt a voluptate: quę cō-
sistit in quinq̧ sensibꝰ. c Sed quinq̧ fatuę acceptis
lampadibꝰ. i. ostēsiōe bonoꝝ opeꝝ: d Non sumpserūt
oleū secū. i. lęticiam bonoꝝ operū in corde. De quo oleo:
Ps. Unxit te deus deus tuus oleo lęticię. s. vj. c. Unge ca- Ps.44.
put tuū oleo. Eccs. ix. b. Oleū de capite tuo nō deficiat. Uel
oleū significat charitatē: quę est sup om̄s virtutes/ sicut oleū
supenatat. j. Corinth. xij. d. Adhuc excellentiorē viā vobis
demonstro. Oleum pietatis/ puritatis/ intentionis/ iocundi-
tatis mentis. e Prudentes vŏ acceperūt oleum/
gaudij vel charitatis. f In vasis suis: id est in conscien-
tijs: g Cum lampadibus. i. cū bonis operibus. q. d.
ex charitate seruabant corpora sua caste: et gaudenter ope-
rabant. Chrysostomꝰ. Uirgo est quę nec habet virū nec ha-
bere desiderat. Qr si volūtatem quidem nubendi habet: cor-
pore quidem virgo est: animo autē nupta: quia corpus sordi-
datur opere/ anima volūtate. Uere fatua: quę per carnis so-
lam virginitatem putat placere deo. Sed ne desperare facia-
mus bonas virgines: sciendum est q̄ aliud est concupiscere:
aliud velle concupiscere. Concupiscere passionis est: velle
arbitrij. Frequenter enim concupiscimus qđ nolumus. Si
ergo non consentit voluntas/ concupiscentia sola non dam-
nat: magis autem gloriosiorem facit virginitatis coronam.

Morā autē faciente

¶ a Morã autẽ faciẽte spõso.i.christo differẽte extremũ iudiciũ. Sed Abacuk.ij.a. Si morã fecerit expecta eum. b Dormitauerũt oẽs.i.infirmitatibꝰ ante mortẽ langue/rũt. c Et dormierũt/somno mortis. Daniel.xij.a. Mul/ti de his q̃ dormiũt in terrę puluere euigilabunt: alij in vitã eternã: ⁊ alij in oppro/briũ vt videant semp. Vñ b Dormitaue rũt oĩs ⁊ dormie rũt.i.in peccatis inuo/luti sũt. Dicit autem/ oĩs: ꝓ maiori pte. Vñ Chrys. Tardãte cõsũmatiõe seculi/ nõ solũ pctõres/ sed etiã iusti et spũales ad ne/gligẽtiam sunt deuol/uendi/sua virtute reli/cta ⁊ ad carnalia dele/ctamẽta transituri: vt ipleat illud Ps. Sal/uũ me fac dñe qm̃ de/fecit sanctꝰ: qm̃ dimi/nute sũt veritates a fi/lijs hominũ. Et Luc. xviij.b. Cũ venerit fi/liꝰ hoĩs: putas inueni/et fidẽ i tra? d Me/dia aũt nocte.i.sbito/nullo sciẽte.j.Thessal.v.a. Dies dñi sic fur ita i nocte veniet. Apoc.xvj.c. Ecce venio sic fur. Vł Media nocte/cũctis q̃si securis q̇escẽtibꝰ ⁊ ebrietati vacã/tibꝰ. Vñ.j.Thessal.v.a. Cũ dixerint pax ⁊ securitas: tũc re/pentinꝰ eis supueniet interitꝰ. Judic.xviij.g. Venerũt i La/chis sexcẽti viri ad pplm̃ q̇escentẽ atq̧ securũ: ⁊ pcusserũt eos in ore gladij: vrbẽq̧ incendio tradiderũt. e Clamor factꝰ est/turbãtiũ angelorum.j.Thessal.iiij.d. In voce archangeli et in tuba dei ⁊c̃. f Ecce spõsus venit/ ad sociandã sibi ppetuo sponsam. Et q̃lis erit clamor ille? Talis: g Exite obuiã ei/occurrite ei in aerę.j.Thessal.iiij.d. Rapiemur in nubibꝰ obuiã christo in aera. Exite/nõ de domibꝰ sed de se/pulchris. Nõ necesse est exire de mũdo/de carne/ de pecca/to. Hiere.l.b. Recedite de medio babylonis: ⁊ de tra chalde/orũ egredimini. h Tunc surrexerũt.i.surgẽt: i Oĩs virgines illę.i.boni ⁊ mali.j.Cor.xv.g. Oĩs quidẽ re/surgemꝰ. k Et ornauerũt lãpades suas.i.ornabũt.i. diligẽter cogitabũt ⁊ numerabũt opa sua ꝓ quibꝰ remunera tionẽ expectant. l Fatuę aũt sapiẽtibꝰ dixerũt: Da te nobis de oleo vestro. Chrys.q.d. sanctis: vestra iu/sticia sufficiẽs est vos glorificare ⁊ nos excusare. l Fatuę aũt ⁊c̃. Introducunt ac si faceret. m Dixerũt/in corde suo: n Date nobis de oleo vestro.i.feratis nobis te/stimoniũ de opibꝰ q̃ vidistis.i.merita vr̃a suffragent nobis. Quare? o Quia lampades nostrę: id est opa nostra/ extinguũt. Hieroꝰ. Quę lampades suas cõqueruntur ex/tingui/ostẽdũt eas ex pte lucere: tñ nõ habẽt lumẽ indeficiẽs nec opa ppetua. Si q̇s ẽ habeat animã virginalẽ ⁊ amator ẽ pudicitię/ nõ debet mediocribꝰ esse cõtentꝰ q̃ cito exolescũt ⁊ orto caumate arescũt: sed pfectas ṽtutes sequat vt lumẽ sem/piternũ habeat. p Responderũt prudẽtes/dicẽtes: Ne forte nõ sufficiat nobis ⁊ vobis. Hieroꝰ. Hoc nõ de auaricia sed de timore rñdent. Vnusq̇sq̧ enim ꝓ opibꝰ suis mercedẽ accipiet: neq̧ possunt in die iudicij aliorũ virtutes/ aliorum vitia subleuare. Et quõ tpe babylonicę captiuitatis hieremias pctõres adiuuare nõ potuit: ⁊ dr̃ ad eũ/ne oraueris ꝓ pplo isto: sic formidolosa erit dies illa/cũ vnusq̇sq̧ ꝓ semet/ipso sollicitus erit. q Ite potiꝰ ad vendẽtes ⁊ emite vobis. Chrys. Venditores olei sũt sacerdotes: q̇ vendunt doctrinã ꝓ fide pplorum: indulgentiã pro penitẽtia cõfessionis. Aliꝰ dic/venditores/ paupes: q2 p eos oleũ.i.misericordię merces acq̇rit. r Dũ aũt irẽt emere.i.dũ vellẽt facere penitẽtiã. s Venit spõsus ⁊c̃. Vñ Chrys. Cũ nõ sit docẽdi licen/tia nec tempus faciẽdę iusticię vł agendę penitẽtię/festinatio vacua erit. Hoc q̇tidie videmꝰ: sacerdotes clamãt/ finis adest/ mors venit: ⁊ nemo audit. Cũ aũt ęgrotant ad mortem/ vo/cant sacerdotes/penitentiã volũt agere/ q̃si tã locus non esset: et vadunt vacui: quia non propter odiũ peccati/ sed ꝓpter mortis timorẽ volunt penitẽtiam agere. s Venit spõsus. Gre gorius. O si sapere possẽt i palato cordis q̇d admirationis ha/bet qd̃ dr̃/ venit spõ sus: quid dulcedi/nis/ intrauerũt cũ eo: quid amaritudi/nis/ ⁊ clausa est ia/nua. t Et q̃ paratę erãt.i.q̃ habebãt testi monium bonę cõsciẽtię. v Intrauerũt cũ eo ad nuptias. De his nuptijs ⁊ appara/tu dicit Apoc.xix.b. Venerũt nuptię agni et vxor eius pparauit se: et datũ ẽ illi vt co/opiat se byssino splen/dẽti ⁊ candido. x Et clausa ẽ ianua/misericordię.s.nullis pcibus apienda/adeo vt eiꝰ misericordia ineffabilis tũc videat inexorabilis. Augꝰ. Nõ enim post iudicium patet precũ aut meritorũ locus. Apoc.iij.b. Qui habet clauem dauid claudit ⁊ nemo apit. y Nouissi/me ṽo veniunt ⁊ reliquę virgines. Nec Hieroꝰ nec Rab. ponit/ ṽo/ vł/ autẽ. Nouissime veniũt: qui tardã peni/tentiã agere ⁊ ꝓus nolunt: Cõtra illud Eccl.v.b. Ne tardes cõuerti ad dñm: ⁊ ne differas de die in diẽ. Chrys. Nihil ꝓ/dest ex necessitate repetita cõfessio eiꝰ q̇ ex volũtate nec cõfes/sus est semel: Nã volũtaria cõfessio etiã modica sufficit deo: ex necessitate autẽ nec magna. z Dicentes: Dñe dñe aperi nobis. Tertiũ dñe deest: de quo aplus: Nemo põt dicere dñs iesus nisi i spũsãcto.j.Corinth.xij.a. a At ille respondens ait: Amẽ dico vobis: nescio vos.i.non agnosco. Chrys. Hoc verbũ gehenna difficiliꝰ ẽ. Vbi sunt q̇ dicũt circa finem dabo quę habeo. b Vigilate itaq̧ q2 nescitis diẽ neq̧ horã.i.de aduẽtu iudicis ⁊ obitu vestro incerti estis. Vigilate. Propter hoc verbũ/totã parabolã dixit. c Sicut enim homo ⁊c̃. Alia pabola de eodẽ. Cõ tinua: Quasi vere nescitis horã neq̧ diẽ/sicut peregre ꝓfi/ciscens ⁊ seruis suis talenta distribuẽs incertũ est de sui redi/tus tpe: Et hoc est: c Sicut enim hõ.i.christus: d Pe/regre ꝓficiscẽs/ad patriã cęlestẽ. Vñ Prouer.vij.c. Nõ est vir in domo sua: abijt via longissima: sacculũ pecunię secũ tulit ⁊c̃. e Vocauit/ inspirando/ p̄dicando/ ꝓmouendo: f Seruos suos/doctores/p̄dicatores/p̄latos: vt seruirent sibi ⁊ suis. g Et tradidit illis bona sua. Bona fortu/nę: bona naturę: bona gratię ad dispensandũ: tandẽ traditurꝰ bona glorię ad fruendũ. h Et vni dedit quinq̧ talẽta. Quinq̧ talẽta data p̄latis/sunt officiũ instructiõis/ coertio/nis/ institutiõis/interpellationis/sacramẽtatiõis. Dedit etiã quinq̧ talẽta: naturã in opatione/ gratiã in coopatione: scri/pturas in eruditione: figuras in educatione: exempla sancto/rũ in imitatione. Itẽ quinq̧ talẽta sunt paupertas: infirmitas: cõtumelia: iniuria: mors. i Alij autẽ duo. Duo data sũt minoribus: officiũ interpellatiõis ⁊ sacramẽtatiõis. k Alij ṽo vnũ. Vnũ datũ oĩbꝰ/cura suipsius. l Vnicuiq̧ sm̃ ꝓpriã virtutẽ. Eph.iiij.b. Vnicuiq̧ enim nostrum data ẽ gra/tia sm̃ mensurã donatiõis christi. Scd̃m ꝓpriã virtutẽ. Chrys. Ne supra virtutẽ opus iniũgẽs/ipse causa ruinę exi/steret. Et ꝓfectus est statim. m Abijt aũt q̇ quinq̧ talenta accepat ⁊ opatꝰ est i eis: ⁊ lucratus est alia quinq̧. Primi talẽti.i.paupertatis sũt quinq̧ lucra.s.mũdicia/

Ps.11. (margin, left)
Luc.13.e. Marci.13.d. B Luc.19.b. (margin, right)

a Mõrã aũt faciente sponso/ b dõrmitauerũt oĩs ⁊ dõrmi/ c erũt. d Mẽdia autẽ nocte clã/ e f mor factus est: eccẽ sponsus g venit/ẽxite obuiã ei. h Tũc sũr i rexerũt omnẽs virgines illę: k ⁊ ornãuerũt lampades suas. l m Fatuę autẽ sapiẽtibus dixẽ/ n rũt: Dãte nobis de oleo ve/ o stro: q2 lãmpades nostrę ex/ p tinguunt. Rẽspõderũt pru/dentes/dicẽtes: Ne forte nõ q sufficiat nobis et vobis: itẽ potius ad vendẽtes et emite r vobis. Dũm aũt irẽt emere: s t vẽnit sponsus/et q̃ę paratę v erant intrãuerũt cum eo ad x nuptias: et clãusa est ianua. y Nouissime ṽo veniũt ⁊ reli/ z quę virgines/dicẽntes: Do/mine domine/ aperi nobis. a At illẽ respõdens ait: Amẽ dico vobis/ nescio vos. Vi/ b gilãte itaq̧ quia nescitis diẽ c neq̧ horã. Sicũt enim homo d e pegrẽ ꝓficiscens vocãuit ser f g uõs suos: ⁊ trãdidit illis bo/ h na sua. Et vni dẽdit q̇nq̧ ta/ i k lenta: ãlij autem duo: ãlij ṽo l vnũ: vnicuiq̧ sm̃ ꝓpriã vir/tutem: et ꝓfectus est statim. m Abijt aũtem qui quinq̧ ta/lenta accẽperat: ⁊ opatꝰ ẽ in eis: ⁊ lucratꝰ est alia quinq̧.

 ¶ securitas/pax/

g securitas/pax/hūilitas/expeditio. Secūdi talēti.i.infirmita/
tis ſūt q̄ttuoꝛ lucra: Sui cognitio:fratris compaſſio:carnis
hūiliatio:ſpiritus exaltatio. Tertij talēti.i.cōtumelię ſūt tria
lucra.ſ.ſupbię repꝛeſſoꝛiū:patiētię aſpſoꝛiū:culpę extersoꝛiū.
Quarti talēti.i.iniurię duo ſunt lucra.ſ.curaꝝ alleuiatio: coꝛ/
dis coadunatio. Quī/
ti talēti.ſ.moꝛtis/vnū
eſt lucrū.ſ.timoꝛ dei.
Silr̄ q̄ duo accę/
pat: lucrat⁹ ē alia
duo. b Qui au/
Luc.19.c. tem vnū accępat/
abiēs fodit in trā.
Multi fodiūt Nota ꝙ fodit piger ꝑ/
dicatoꝛ: ſic hic dicit.
Item fęlicitas. Pſ̄.
†Pſ̄.93. Donec fodiatur pec/
catoꝛi fouea. Glo. di/
cit: Fęlicitas fouea ē.
Itē luxurioſus. Pꝛo/
uerb.xxiij.c. Fouea
ꝓfunda eſt meretrix.
Itē fur. Job.xxiiij.c.
Perfodiūt i tenebꝛis
domos. Itē auarus.
Pſ̄. Incenſa igni et
ſuffoſſa. Eſa.xxxiij.d.
Ibi habuit foueā he/
ric⁹. Itē moꝛs. Luc.
xij.e. Si ſciret paterfa
milias q̄ hoꝛa fur ve/
niret/vigilaret vtiq; ꝛ
nō ſineret ꝑfodi domū
ſuā. Itē diabol⁹. Eſa.
xxxvij.e. Ego fodi et
Pſ̄.21. bibi aquā:dic̄ diabol⁹. Itē iudęi. Pſ̄. Foderūt man⁹ meas.
Itē q̄ addiſcūt prudētiā ſęcli. Exo.vij.d. Foderūt ęgyptij ꝑ
circūitū flumīs aquā vt biberēt. Itē adulatoꝛ. Tob.viij.b.
Accerſiri iuſſit raguel ſuos ſuos ꝛ abieꝛt cū eo vt foderēt ſe/
pulchꝛ. Tobias iterꝑtat̄ bon⁹:ſui raguelis adulatoꝛes. Itē
ſtult⁹. Pꝛouer.xvj.d. Vir iſiplēs fodit malū. Itē i bono de/
fodit. Eſa.v.b. Nō putabit ꝛ nō fodiet. Itē ꝑdicatoꝛ ferro i/
crepatiōis. Luc.xiij.b. Dimitte illā ꝛ h̄ anno vſq; dū fodiam
circa illā. Eccl.xlviij.c. Fodit ferro rupē:dr̄ de ęzechia.i.du/
rū coꝛ. Itē ſcholaris ſcrutinio. Gen.xxvj.d. Foderūt in toꝛ/
rēte ꝛ reppererūt aquā viuā. Toꝛrēs ſacra ſcptura. Sz Luc.
xvj.a. Fodere nō valeo:dicit mal⁹ ſeru⁹. Itē cōfeſſoꝛ inq̄ſiti/
one. Gen.xxxv.a. Dederūt ei oēs deos alienos ꝛ inaures q̄
habebāt i aurib⁹ coꝝ:at ille fodit eos ſb terebintho:qꝛ pecca/
toꝛ dic̄ ſacerdoti peccata ſua:ꝛ ipſe in noīe chꝛiſti fodit ſub te/
rebintho crucis. Itē ſacerdos ferro cōpunctionis.iij. Reg.
xviij.f. Foſſa aquęduct⁹ repleta ē. Itē clauſtralis ſepulchꝛū.
Job.xj.d. Defoſſus ſecur⁹ doꝛmies. Et eiuſdē.iij.d. Quaſi
effodiētes theſaurū/gaudētq; vehemēter cū iuenerint ſepul/
chꝛū. Itē expoſitoꝛ. Nūeri.xxj.d. Pute⁹ quē foderūt ꝑnci/
pes. b Et abſcōdit pecuniā dn̄i ſui: Cōtra illud Eccl.
xx.d.et.xlj.c. Sapiētia abſcōſa ꝛ theſaur⁹ iuiſus:q̄ vtilitas i
vtriſq;. Itē Exo.xvj.e. Māna ſuatū cōputruit. c Poſt
multū vo tp̄is/qd̄ ē ab aſcēſiōe dn̄i vſq; ad iudiciū. d Ve/
nit dn̄s ſuoꝝ illoꝝ/ad iudiciū. e Et poſuit rationē
cū eiſ. Luc.xvj.a. Redde rōnē villicatiōis tuę. f Et ac/
cedēs q̄ quiq; talēta accępat ꝛc̄. Chꝛyſ. Cōfitet̄ gr̄ifice
ꝛ totū ei repoꝛtāt/qm̄ ab ipſo ſuſpſert.q.d.nec modicā iuſticiā
facere potuiſſemus/niſi fuiſſet gr̄a tua nobiſcū.j. Coꝛ.xv.b.
Pl⁹ oīb⁹ laboꝛaui: Nō aūt ego/ſ3 gr̄a dei mecū. g Ait illi
dn̄s ei⁹: Euge ſerue bone ꝛ fidelis. Hoc eſt ꝯ illos qui
etiā poſt bn̄facta ꝓuocāt ſeruiētes ſuos. Cōtra q̄s.ſ.xxiij.d.
Quis putas ꝛc̄. Eſa.lx.d. Minim⁹ erit i mille: ꝛ paruul⁹ i gen
tē foꝛtiſſimā. Euge. Chꝛyſ.i.bonū ſit tibi. h Quia ſup
pauca fuiſti fidelis. Ecce ꝙ dn̄s vocat ꝛ dicit parua quę
dat homi/licz ſint magna. l Supꝛa multa te cōſtituā.

a Similit̄r q̄ duo accępat/lu/
cratus eſt alia duo. Qui aūt
vnū accępat/abiens fodit in
b terrā:ꝛ abſcōdit pecuniā dn̄i
c ſui. Poſt multū vo tempis
d venit dn̄s ſeruoꝝ illoꝝ:ꝛ pō
e
f ſuit rationē cū eis. Et accē/
dens qui quiq; talenta accę/
perat:obtulit alia quiq; talē/
ta/dicēs: Dn̄e quiq; talenta
tradidiſti mihi: ecce alia qn/
g q; ſuplucrat⁹ ſū. Ait illi dō/
min⁹ eius: Euge ſerue bone
h ꝛ fidelis: qꝛ ſup pauca fuiſti
i fidelis/ ſupꝛā multa te cōſti/
k tuā: intrā in gaudiū dn̄i tui.
l Accēſſit aūt ꝛ q̄ duo talenta
accępat/et ait: Dn̄e duo ta/
lēta tradidiſti mihi: ecce alia
duo lucrat⁹ ſum. Ait illi dn̄s
eius: Euge ſerue bone ꝛ fide
m lis:qꝛ ſupēr pauca fuiſti fide

n lis/ ſupꝛā multa te cōſtituā:
intra in gaudiū domini tui.
o Accēdens autē ꝛ qui vnum
talētū accęperat/ꝛ ait: Do/
mine ſcio/quia homo durus
p es:mētis vbi non ſeminaſti/
q ꝛ congrēgas vbi non ſparſi/
r
s ſti:ēt timens ābij ꝛ abſcōndi
t talentū tuum in terra: Ecce
v habes qd̄ tuum eſt. Rēſpō/
dens autē domin⁹ eius/dixit
x
y ei: Serue male ēt piger: ſciē/
bas quia meto vbi nō ſemi/
z no:et cōgrēgo vbi nō ſparſi.
a Opoꝛtūit ergo te pecuniam
b meā cōmittēre nūmularijs:
c ꝛ vēniēs ego recepiſſem vti/
q; quod meum eſt cum vſu/
d ra. Tollitē itaq; ab eo talen/
e tum/et dāte ei qui habet de/
f
g cem talēta: Omni ēnim hā/
h
i benti dābitur ēt abundabit:

Eſa.lxiiij.b. Qd̄ oculus nō vidit ꝛc̄. k Intra in gaudiū
dn̄i tui/vt ex omi pte ſit gaudiū. Surſū viſio dei: deoꝛſū vi/
ſio inferni: int⁹ gl'ia ꝯſcię: exteri⁹ decoꝛ oīs creaturę. Chꝛyſ.
Nō dixit/itra ad gaudiū/ſ3 i gaudiū: vt poſſeſſoꝛ ſit gaudij ñ
ſpectatoꝛ: iā nō miſter in gaudio: ſed pꝛiceps gaudioꝝ. Job.
xij.d. Volo vt vbi
ego ſū/illic ſit ꝛ mini/
ſter me⁹. l Acceſ/
ſit aūt et q̄ duo ta/
lenta accępat ꝛc̄.
C
Euge ſerue bone
et fidelis. Eſt euge
exultatoꝛium. Ezech.
xxv.a. Pꝛo eo ꝙ di/
xiſti: euge euge ſup ſā/
ctuariū meū ꝛc̄. Irri/
ſoꝛiū. Pſ̄. Dilatauē/ †Pſ̄.34.
rūt ſup me os ſuū: di/
xerūt/euge euge. Adu
latoꝛiū. Pſ̄. Ferāt cō †Pſ̄.39.
feſtim cōfuſionē ſuā q̄
dicūt mihi euge euge.
Nec dicāt deuoꝛabi/ †Pſ̄.34.
mus eū. m Qꝛ ſup
pauca fuiſti fide/
lis.ij. Coꝛ.iiij.d. Id
qd̄ i pſenti ē momēta/
neū ꝛ leue ꝛc̄. Ro.viij.
d. Nō ſt ꝯdigne paſ/
ſiōes ꝛc̄. n Supꝛa
mlta te ꝯſtituā/in/
tra in gaudiū/dn̄i S.13.b.
tui. Silr̄ gaudiū ha/ Marci.4.c.
bēt q̄ de q̄nq; ꝛ duob⁹ Luc.8.c.
lucrū fecerūt:qꝛ retribu
toꝛ nō ꝯſiderat lucri magnitudinē/ſ3 ſtudij volūtatē. o Ac/
cedēs aūt ꝛ q̄ vnū talētū accępat/ꝛ ait: dn̄e ſcio qꝛ
hō dur⁹ es: qꝛ ardua ē via q̄ ducit ad vitā. S.vij.b. p Metē
vbi nō ſeminaſti: ꝑcidēs falce iudicij eos qb⁹ legē nō cō/
miſiſti. q Et ꝯgregas vbi nō ſparſiſti.i. ꝯgregas i re/
gno tuo gētiles: qb⁹ nō ſparſiſti margaritas ſcpturaꝝ: ſic iu/
dęis p te.ſ. r Et timēs/duriciā tuā: s Abij/ p liberū ar/
bitriū: t Et abſcōdi talentū tuū i trā: Ecce habes
qd̄ tuū ē. Chꝛyſ. Et ſi talentū nō pdidit/tn̄ re⁹ ē dāni: ſic q̄
cauſa ſeminādi ſemē accipiēs tpe ſeminatiōis nō ſemiauerit/
dn̄o ſuo damnū facit: ꝛ ſi ſemē nō pdiderit/quātū poterat lu/
crū facere ſi opoꝛtuno tpe ſemiaſſet. v Rn̄dens aūt dn̄s
ei⁹ dixit ei: Serue male. Chꝛyſ. Vere mal⁹: q̄ largitatē
vocat volētiā. x Et piger. Pꝛouer.vj.b. Vſq;quo piger
doꝛmies: Qn̄ cōſurges de ſomno tuo: y Sciebas quia
meto vbi nō ſemio: multo foꝛti⁹ vbi ſemino. z Et con/
grego vbi nō ſparſi. Interlin. Quia ab his exigo qb⁹ nō
cōmiſi ad erogandū. a Opoꝛtuit ḡ te pecuniā meā.i.
ſermonē meū: b Cōmittere nūmularijs.i. auditoꝛib⁹ q̄
qd̄ andiūt opant̄. c Et veniēs ego recepiſſem vtiq;
qd̄ meū eſt cū vſura.i. te ꝛ illos q̄s acquiſiſſes. Pꝛouer.
xix.c. Fenerat̄ dn̄o q̄ miſeret̄ paupis: ꝛ viciſſitudinē ſuā red/
det ei. Eccl.xxix.a. Qui facit miſcoꝛdiā fenerat̄ pximo ſuo. Hie/
re.xv.c. Nō feneraui nec fenerauit mihi quiſq;. d Tollite
itaq; ꝛc̄. Poſita duplici culpa ſerui inutilis.ſ. toꝛpe i exequē
do: ꝛ ſupbia i excuſando: ſubdit de ei⁹ duplici pęna. Vna i p/
ſenti: qꝛ talentū intelligētię ei aufert̄.i. ꝓ eius abuſu infatuat̄:
vel.i. ex itelligētia ſciētię nullā pcipit ꝯſcię iocūditatē: nō ha/
bēs ſapiētiā a ſapoꝛe. Alia i futuro: qn̄ patiet̄ tenebꝛas exteri/
oꝛes. Dicit ḡ: Tollite itaq; talentū ab eo.i. intellectū.
e Et date ei q̄ habet decē talēta. Pꝛouer.xx.c. Tolle
pign⁹ ab eo q̄ ſpopōdit ꝓ extraneo. f Si enī habēti da/
bit/ſollicitudinē miniſtrādi verbū dei. Vel/ g habēti/chari
tatē: h Dabit/gr̄a vel augmentū charitatis. i Et abū/
dabit.i. poſt augmētū/pfectionē charitatſ habebit. Eo etiā
ꝙ dr̄/habēti dabit ꝛ abūdabit/notant̄ tria.ſ. habit⁹ cha

ritatis/ ⁊ eius augmentū/ ⁊ ꝑfectio. Charitas em̄ sine merito habet: habita augeri meret: aucta ꝑficiet. a Ei aūt q̄ nō habet/ sollicitudinē mīstrādi verbū dei. Uel/ Qui nō habet/ charitatē/ b Et qđ videt habere auferet ab eo. Hiero⁹. Elegāter etiā qđ videt inquit habere auferet ab eo:

Quisq̄s em̄ sine fide
christi ē/ ei debet ipu/
tari ꝙ male eo vsus ē.
c Et inutilē seruū
eijcite i tenebras
exteriores ⁊c̄. Idē
s. viij. b. xiij. f. et. g. xx/
ij. b. xxiiij. d. d Cū
aūt venerit ⁊c̄. Di/
cto q̄d ante iudiciū/ di
cit q̄d in iudicio. Dicit
ḡ: Cū aūt venerit
fili⁹ hois. Nota ꝙ
venit fili⁹ dei in mūdū
ꝑ carnis assumptionē
ad saluādū. Uñ Joh.
xij. g. Nō veni vt iudi
cem mundum: sed vt
saluificem mūdū. Itē
in mentem per gratie
infusionē ad iustifican
dū. Job. ix. b. Si ve/
nerit ad me nō videbo
eū. Itē ad iudiciū ad
disceptādū. Joh. xvj
b. Cum venerit ille ar/
guet mundū. e In
maiestate sua. i. in
diuinitate sua q̄ iudi/
cabit q̄ ꝑus venit i hu
militate. f Et oīs
angeli eius cū eo.
Esa. iij. c. Dñs ad iudi
ciū veiet cū seniorib⁹
ꝑpli sui/ ⁊ ꝑncipib⁹ ei⁹.
g Tūc sedebit sup
sedē maiestatis sue. i. sup ecclīaȝ i q̄ tūc apparebit oīpotētia ei⁹. Esa. lxvj. a. Celū sedes mea ē: ⁊ t̄ra scabellū pedū meoꝝ. h Et cōgregabūt/ ꝑ angelos. i Ante eū oēs gentes. Uñ Johel. iij. a. Cōgregabo oēs gentes ⁊ deducā eas in valle iosaphat: ⁊ disceptabo ibi cū eis sup ꝑp̄lo meo ⁊ hereditate mea isrl̄. Ro. xiiij. b. Oēs stabim⁹ ante tribunal christi. j. Corinth. xv. g. Oēs quidē resurgem⁹. ij. Corinth. v. b. Oēs enim nos manifestari oportet ante tribunal christi: vt referat vnusq̄sq̄ ⁊c̄. k Et sepabit eos ab inuicē: merita omniū discernēdo: loca varia assignādo. Nā hos a dextris/ illos a sinistris ponet: diuersis appellatiōib⁹ nominādo. Nā istos oues/ illos hedos vocabit. Illos damnādo in inferno: istos glorificādo in paradiso. Osee. xiij. d. Cōsolatio abscōdita est ab oculis meis: q2 ipse inter fratres diuidet. Prouer. xxvj. b. Judiciū determinat causas. l Sicut pastor segregat oues ab hedis. i. bonos a malis. Ipse em̄ ē pastor: Joh. x. b. m Et statuet oues q̄dē. i. fetosas. i. opib⁹ fecūdos et simplices sine malo. s. x. b. Ecce ego mitto vos sic̄ oues inter lupos. n A dextris/ suis. Chrys. A dextris sūt qui q̄rūt eterna: a sinistris q̄ querunt p̄sentia. Nā ꝑ dexterā significant eterna: ꝑ sinistrā tēpalia. Cañ. ij. b. Leua ei⁹ sb capite meo: ⁊ dextera illi⁹ amplexabit me. o Hedos aūt a sinistris. Sic notat ꝙ gloriā tēpaliū habuerūt. p Tunc dicet rex/ regum. Apoc. xix. c. Rex regū ⁊ dñs dominantiū. q His q̄ a dextris ei⁹ erūt: Uenite bñdicti patris mei. Prouerb. xxij. b. Qui ꝓnus est ad miscōiā bñdicet: de panib⁹ em̄ suis dedit paupi. r Possidete. Hec possessio sequit benedictionē. Sȝ Gen. iiij. b. Cain possessionē sequit malediccio: Maledict⁹ eris sup terrā. s Paratū vobis

a
b Ei aūt q̄ non hȝ: ⁊ qđ videt
habere auferet ab eo. Et in/
c utilē seruū eijcite i tenebras
exteriores: illic erit flet⁹ ⁊ stri
d dor dentiū. Cū aūtē venerit
e fili⁹ hoīs in maiestate sua:
f ⁊ oēs angeli ei⁹ cū eo: tūc se/
g debit sup sedē maiestatis sue:
h
i ⁊ ꝯgregabunt ante eū oēs gē
k tes: et sepabit eos ab inuicē:
l sicut pastor segregat oues ab
m hedis. Et statuet oues q̄dē a
n
o dextris suis: hedos aūt a si/
p
q nistris. Tūc dicet rex his qui
a dextris ei⁹ erūt: Uenite bñ
r dicti patris mei/ possidete pa
s
t rātū vobis regnū a cōstituti/
v
x one mūdi. Esuriui em̄ ⁊ de
distis mihi māducare. Siti/
y
z ui ⁊ dedistis mihi bibere. Ho
a spes erā ⁊ collegistis me. Nu
b dus/ ⁊ cooꝑuistis me. Infir/
c mus/ ⁊ visitastis me. In car/
d
e cere eram: ⁊ venistis ad me.
f Tūc rñdebūt ei iusti/ dicen/
tes: Dñe q̄ñ te vidim⁹ esuri/
entē ⁊ pauim⁹/ sitiētē ⁊ dedi/
mus tibi potū: Q̄ñ aūt te vi/
dim⁹ hospitē et colligim⁹ te:
aut nudū ⁊ cooꝑuim⁹ te/ aut
q̄ñ te vidim⁹ infirmū/ aut in
carcere/ ⁊ venimus ad te: Et
rñdens rex dicet illis: Amē
dico vobis q̄ ādiu fecistis vni
de his fratrib⁹ meis minimis
g
h mihi fecistis. Tūc dicet rex ⁊
his q̄ a sinistris erūt: Discedite
a me maledicti i ignē eternū:
i q̄ parat⁹ ē diabolo ⁊ angelis
eius. Esuriui em̄ et nō dedi/
stis mihi māducare. Sitiui ⁊
nō dedistis mihi potū. Ho/
spes erā ⁊ nō collegistis me.
Nudus ⁊ nō operuistis me.
Infirm⁹ ⁊ in carcere: ⁊ nō vi
sitastis me. Tūc rñdebūt ei
⁊ ipsi dicētes: Dñe q̄ñ te vi/
dimus esurientē/ aut sitientē/
aut hospitē/ aut nudū/ aut i/
firmū/ vel in carcere ⁊ nō mi/
nistrauim⁹ tibi: Tūc rñdebit
illis/ dicēs: Amē dico vob:
k q̄ādiu nō fecistis vni de mino/
rib⁹ his/ nec mihi fecistis. Et
ibunt hi in suppliciū eternū:
iusti aūt in vitā eternā.

regnū. Ergo omnes boni erūt reges: Uerū est/ Apoc. j. b. Princeps regū terre q̄ dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nostris i sanguie suo: ⁊ fecit nos reges ⁊ sacerdotes. j. Pet. ij. b. Uos estis gen⁹ electū regale sacerdotiū. t A cōstitutiōe mūdi. Eph. j. a. Bñdictus de⁹ ⁊ pater dñi nr̄i iesu christi q̄
benedixit nos in omni
bñdictiōe spūali in ce/
lestib⁹: sicut elegit nos
i ipso ante mūdi cōsti
tutionē. v Esuriui
em̄. Esuriui in me sa/
lutē hoim. Joh. xix. f.
Sitio. x Et dedi/
stis mihi māduca/
re/ vosipsos: credēdo/
operando. Act. x. c.
Macta et manduca. s. 7. d.
Itē/ v Esuriui/ in Luc. 13. f.
meis iusticiā. s. v. a.
Beati q̄ esuriūt et si/
tiunt iusticiā. x Et
dedistis mihi mā/
ducare/ eos adiuuā/
do/ inuitādo/ cōgratu/
lādo. Itē/ v Esuri/
ui/ in meis panē do/
ctrine. Amos. viij. d.
Mittā famē in terrā:
nō famē panis nec si/
tim aque: sed audiēdi
verbū dei. x Et de/
distis mihi mādu/
care/ eos erudiendo.
Prouerb. xxv. c. Si
esurit inimic⁹ tu⁹ ciba
illū. Itē/ v Esuriui/
i meis panē materialē. Job. 5. c.
x Et dedistis mihi
māducare/ paupes
reficiēdo. y Sitiui/
in meis potū sapiētie.
z Et dedistis mihi bibere. Eccl. xv. a. Aq̄ sapiētie salutaris potauit illū. a Hospes erā ⁊ collegistis me. Eccl. xxix. d. Trāsi hospes ⁊ orna mēsā: ⁊ q̄ i manu tua habes ciba ceteros. b Nud⁹ ⁊ cooꝑuistis me. Infirm⁹ ⁊ visitastis me. Eccl. vij. d. Nō te pigeat visitare infirmū. Jaco. j. d. Religio mūda ⁊ imaculata apud deū ⁊ patrē: hec ē/ visitare pupillos ⁊ viduas i tribulatiōe eoꝝ. c In carcere erā/ miserie/ culpe: d Et venistis/ mēte ⁊ corpe: e Ad me/ cōsolandū/ liberādū. Sex aūt opa miscōie hic tāgunt. s. visitare infirmos: potare sitibūdos: cibare famelicos: redimere captiuos: vestire nudos: recipe ꝑegrinos. Septima ē Tob. ij. a. Sepelire mortuos. Unde versus: Uisito/ poto/ cibo/ redimo/ tego/ colligo/ condo. f Et tūc rñdebūt ei ⁊c̄. vsq̄ ibi: de his fratrib⁹ meis minimis. Hoc dicit: q2 nō oēs minimi sunt fratres ei⁹. Eccl. xix. d. Est q̄ nequit se hūiliat. s. xij. d. Quicūq̄ fecerit volūtatē patris mei q̄ in celis est: ipse me⁹ frater ⁊ soror ⁊ mat ē. g Mihi fecistis. Esa. xxviij. c. Hec reqes mea/ reficite lassū: ⁊ h̄ ē refrigeriū meū. h Tūc dicet rex ⁊ his q̄ a sinistris erūt: Discedite a me maledicti i ignē eternū. Rab. Si sterilitas in ignē mittit/ rapacitas q̄d meret: Et si iudiciū sine miscōia fiet ei q̄ nō fecit misericordiā: quale iudiciū erit ei q̄ fecit rapinā: Aut q̄d recipiet q̄ aliena tulit/ si semꝑ ardebit q̄ sua non dedit: In ignē eternū. Hiero⁹. Prudens lector intende ꝙ supplicia eterna sunt: ⁊ ꝙ vita eterna nō habet ruinā. i Qui parat⁹ ē diabolo ⁊ angelis ei⁹. Esa. xxx. g. Ab heri ꝑparata ē topheth a rege ꝑparata. k Uni de minorib⁹ his. Chrysostomus: Quid dicis: Fratres tui sunt et eos minimos vocas: Propter hoc em̄ fratres sunt: q2 hūiles: q2 abiecti.